

Bellori, Giovanni Pietro

Fragmenta Vestigii Veteris Romae

Romae 1673

Signatur: 2 Arch. 39

Nutzungsbedingungen

Bitte beachten Sie folgende Nutzungsbedingungen:

1. Die Dateien werden Ihnen nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke zur Verfügung gestellt.
2. Nehmen Sie keine automatisierten Abfragen vor.
3. Nennen Sie die Bayerische Staatsbibliothek als Eigentümerin der Vorlage.
4. Bei der Weiterverwendung sind Sie selbst für die Einhaltung von Rechten Dritter, z. B. Urheberrechten, verantwortlich.

Usage Guidelines

Please observe the following usage guidelines:

1. The files are provided for personal, non-commercial purposes only.
2. Refrain from automated querying.
3. Attribute ownership of the original to the Bavarian State Library.
4. In using the files, it is your own responsibility to observe the rights of third parties, e. g. copyright regulations.

v. 9523 -

R

FRAGMENTA
VESTIGII
VETERIS ROMAE.

RECEIVED
JULY 11 1964
U. S. DEPT. OF AGRICULTURE
WASHINGTON, D. C.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

uit, & nos in vestigio vestigium quarimus. Itaque eruditorum hominum morem secuti, qui è tumultu iacentem Romam antiquæ maiestati restituere, atque à temporum iniurijs vindicare scriptis suis conati sunt; collecta Vestigii fragmenta in lucem proferimus, hac præsertim ætate, qua Roma suis felix Alteriis sideribus, atque CLEMENTIS X. Pontificis Optimi Maximi tranquilla Prouidentia, clarior, firmiorque resurgit. Tuo verò perenni nomine rediuiua fragmenta inscribimus; cum enim ipse in Virtutum sacrario, inque Musarum hymnis duraturus viuas, & eniteas; non est quod illa tenebras amplius, interitumque pertimescant. Munus sanè tuum tibi offerimus, hoc est patria, & auita Romana monumenta, qua in prætio habes, & foues; nam conquistis undique vetustatis thesauris, Romulidumque tuorum clypeis, & imaginibus, triumphalia ornamenta magis ad emulationem, & animi laudem, quam ad nostram, exterorumque admirationem adificas. Qualescunque verò fuerint in hoc opere nostri ingenij partes, ea, qua me soles humanitate, suscipe. Votum meum superest, quod publicum votum est, ut te Deus studiorum optimorum, virtutumque patrocinio, suæque bono Ecclesiæ quam diutissimè seruet incolumem; dum interim Nomini tuo, quasi tutelari numini deuotum, deuinctumque animum meum hisce publicis aris sacro.



2



in eodem colle admirabilem colossū collocare voluisse . Quare eius hortos inde abducere non possum . Si quis tamen Basilicam Liciniam ab Imperatore Licinio denominatam malit, non contendimus ; cum non longè ad Vrsū pileatum , Palatium Licinianum locent . Elapso anno 1671. in Hortis Cæsij, ad Arcum Gallieni , statuæ effossæ sunt , raro artificio elaboratæ ; e quibus Musæ quatuor sedentes , Minerva , Mercurius , Bacchus ; aliæque in proximis hortis Marchionis Palumbariæ , inter nobiles vrbis ruinas . Ad proximam etiam Ecclesiam sancti Iuliani , insignis eruta fuit pictura , Clementis VIII. Pontificatu , quæ nouæ nuptæ , seu sponsæ lauacrum refert , figuris plurimis arte mirà expressis ; hodieque in Hortis Aldobrandinis in Quirinali adseruatur .

TEMPLVM . DIUI

Regione VIII. in Descriptionibus Rufi , & Victoris, atque in Notitia recensetur . *Templum Diuorum Penatium , Templum Diui Iulij , Templum Diui Augusti , Templum Diui Titi , Templum Diui Traiani.* Quodnam verò ex his designetur in nostro vestigio , vt & cætera ædificia huius tabulæ, latet .


N A V A L E M . P E R

N Aualis quadrata structura conuenit cum Varone nuper citato de Porta Romanula : *Alteram Romanulam , quæ est dicta ab Roma , quæ habet gradus in Naualia ad Volupie Sacellum , & Porta Romanula instituta est à Romulo in infimo cliuo Victorie , qui locus gradibus in quadraturam formatur .*

B A L . S V R A E . Balneum , seu Balineum Suræ

D E hoc Aurelius victor : *Traianus , inquit , ob honorem Suræ , cuius studio imperium arripuerat , lauacrum condidit .* Has thermas fuisse in Auentino conijcimus ex P. Victore , qui priuata Balnea Traiani in Auentino collocat , vbi domus quoque fuit L. Licinij Suræ ter Consulis , semel sub Nerua , bis sub Traiano , vt ex Cassiodoro , & fastis . Hic , teste Dione , suis sumptibus Gymnasium Populo Romano ædificauit . In vestigio apparent peristylia quadrata , & oblonga , & ambulationes , aliaque ad Balneum , & ad palæstram accommodata .

Vltimum sine titulo , huius tabulæ fragmentum referri ad Capitolium existimat Andreas Bufalinus verisimili coniectura ductus : habet enim gradus duplices primi , & secundi cliui , atque in summa arce Templum Iouis Capitolini , adiectumque alterum templum Iouis Custodis . Sed hæc eidem Bufalino , alijsque antiquitatis studiosis diligentius examinanda relinquimus .



Campus , Porticus , Vmbra , Virgo , Therma .

Rotundi ambitus vestigium porticu, columnisque circumductum ædis esse, quæ adhuc stat inter ripam Tiberis, & Ecclesiam B. Virginis cognomento Cosmedin, titulo Sancti Stephani denominata, existimat Andreas Bufalinus. Hanc marmorea structura, Corinthijsque modulis nobilem Pomponius Lætus Matutæ attribuit, & ex eo Marlianus à Donato relati.

Iuxtà hanc ædem alterum in nostra tabula vestigium extat, quod idem Bufalinus esse autumat proximi templi Fortunæ Virilis, nunc S. Mariæ Aegyptiacæ nuncupati. Porticu in fronte, lateribus, & postico vndique circumducitur; de quo ædificandi genere Vitruuius lib. 3. de sacrarum ædium compositione. Quamvis autem hoc templum humile, atque ex Albano lapide constructum sit, ob modulorum tamen venustatem, & symmetriam, Ionici generis exemplar, & canon est; vnde peritiores Architecti Ionicas hausere rationes.

Sequuntur in hac tabula aliorum ædificiorum magnifica vestigia.

est eiusdem Imperatoris nummus, qui idem Castellum expressè refert cum tribus arcubus, ac trophæis. Antiquarij Alexandrinis thermis adscribunt.

HORREA. CANDELARIA

De Horreis supra Tabula prima.

HORTI. P. Horti Pallantiani vel Plautiani

Horti Pallantiani à Pallante illo ditissimo Claudij Liberto : hos ad Portam Neuiam, nunc Maiorem, collocat Donatus : de ipsis Frontinus : *Finium-
tur ductus Arcus Claudie, & Anienis post Hortos Pallantianos, unde in usum Vr-
bis, fistulis deducuntur* : P. Victor Regione V. Esquilina Plancianos vel Plautianos nominat ; mutantes, vt inquit Donatus, subinde cum Dominis nomen. Plautia-
nus enim multum gratia, & opibus valuit sub Seuero.


AREA. M : Area Mercurij

Non longè à Porta Capena, vbi nunc Sancti Cæsarij templum, fuit Aqua Mer-
curij, quam hauriebant Mercatores, vt abluerent periuria ; iuxta Ouidij de-
scriptionem in Fastis. Nardinus propè aquam ipsam collocat eiusdem Dei aream,
& aram enumeratam à Rufo Regione prima Portæ Capenæ : *Area Mercurij cum
Ara, ad quam sacrificant Mercatores*. Areæ ipsius vestigium quadratum apparet in
nostro fragmento.

THEATRE

THEATRE

M. V. I. M.



INTER . Intermontium , Inter Aggeres , vel inter Lignarios .

PIS . Templum, seu ædes Opis in Capitolio .

AR . LERIAI . Area Valeriana , vel Arcus Valeriani .

A Publico Victore Regione IX. ponitur statua Valeriana: fortè in hac area .

Magni Augustique ædificij , finetitulo , succedit vestigium ; in quo gymnasium & Porticus cum ambulationibus ; Balineum à sinistra loculis , & pilis exornatum , in cuius medio labri basis quadrata . Hinc magnifica cubicula , cum quibus Aula, seu Musæum , pilis pariter , & loculis excultum . Inde Pinacotheca oblonga , ab vno, alteroue capite, hemicyclis curuata ; aliaque, mira structura disposita . Hic referre libet Regiam Alexandriae Aegypti descriptam à Strabone . *Vrbis publica facina pulcherrima , & Regias , quæ quartam tertiamque totius ambitus partem occupant . Pars etiam Regiarum est Musæum , quod deambulationem habet , & exedram , & maximam domum , in qua Cenaculum est eorum , qui Musæi consortes sunt ,*

